



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 1. Quid agendum à Parochis cùm ab Episcopis mandatum acceperunt præparandi subditos sibi ad Confirmationem?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

S. Greg. lib.
3. Epistola
26.

tificis fieri posse videtur, ut patet ex Divo Gregorio, qui scribens ad Januarium Episcopum ait: *Pervenit ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod Presbyteros Chrismate tangere eos qui baptizati sunt prohibuimus. Et nos quidem secundum veterem usum nostra Ecclesia fecimus: sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos Chrismate tangere debeant, concedimus.*

D. Th. q. 72.
art. 11. ad 1.

Hoc autem, ut ait Divus Thomas: Ex plenitudine potestatis concessit beatus Gregorius Papa, quod simplices Sacerdotes hoc Sacramentum conferrent.

Refertur etiam in Decreto Eugenii IV. in Concilio Florentino. *Per Apostolica sedis dispensationem ex rationabili & urgenti admodum causa, simplicem sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto hoc Sacramentum Confirmationis aliquando administrasse.*

CAPUT III.

De Dispositionibus ad Confirmationem
& de ejus effectibus.

Quaest. 1. **Q**UID agendum est à Parochis, cum mandatum acceperunt ab Episcopo preparandi sibi subditos, ad Confirmationem suscipiendam?

S. Carolus
Act. p. 1. tit.
Quæ perti-
nent ad Sa-
cram. Con-
firm.

Resp. Ex sancto Carolo: *Parochi, animarumve Curatores populum doceant, quanto religionis studio suscipiendum sit Confirmationis Sacramentum cujus ministrandi solus Episcopus ordinariam potestatem habet. Videant item, ne quis eorum qui sibi in curam traditi sunt, illud suscipere negligat. Quare pra-*

De Sacram. Confirm. Cap. III. 119

moneant, quod etiam in Concilio Vvormatiensis Canone sancitum est, ut quicumque intra Parochie sue fines habitant, neque confirmati adhuc sunt, illud omnes suscipiant qui etate sunt, quâ Episcopus eos duxerit esse debere qui ad hoc Sacramentum tunc accedant. Elaborent præterea iidem, ut qui adulta etate confirmandi sunt, primò de peccatis confiteantur; tunc etiam admoneant ut jejuni illud suscipiant cum manè ministratur.

Reliqua etiam diligenti cohortatione denuntient, quæ ad hoc Sacramentum rectè sanctèque suscipiendum pertinent.

Quæst. 2. Quænam sunt dispositiones necessariae ad validè suscipiendam Confirmationem?

Resp. Constat, Confirmationem non posse validè administrari, nisi baptizatis, ut enim ait Divus Thomas; Dicendum quòd character Confirmationis ex necessitate presupponit characterem Baptismalem: ita scilicet, quòd si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet; sed oporteret iteratò ipsum confirmari post Baptismum. Cujus ratio est, quia sic se habet Confirmatio ad Baptismum, sicut augmentum ad generationem. Manifestum est autem, quòd nullus potest promoveri in etatem perfectam, nisi primò fuerit natus, & similiter nisi primò aliquis fuerit baptizatus, non potest Sacramentum Confirmationis accipere.

D. Tho. 3. p.
q. 71. art. 6.
in corp.

Quæst. 3. Quam etate suscipiendum est hoc Sacramentum?

Resp. Ex Catechismo Romano: Illud observandum est, omnibus quidem post Baptismum Confirmationis Sacramentum posse administrari; sed minus tamen expedire hoc fieri antequam pueri rationis usum habuerint. Quare

Catechif.
Concil. Tri-
dent. p. 1.
De sacram.
Confirm. S.
15.